

Prospectus Dissertationis.

PRÆFAMEN *occasionem*, & *scopum ac materiam* Dissertationis exhibet.

§. I. TEXTUM *originalem*, junctis variis *Versionibus* fundamenti loco præmittit, ac

§. II. *Contextum* liquido demonstrat,

§. III. Scrutiniumque Textus philologicum absolvit; post ea

§. IV. *Scopus* allegati Textus insinuatur, ut

§. V. Circa *Subjectum* simul ac *Objectum* disquirat, &

§. VI. Demonstrationem incipiat ab ipso HOMINE, de quo SENECAE egregia *Sententia*, ejusdemque *fons ac origo* declaratur. Deinde

§. VII. *Status humani* plenior delineat *Indolem* &

§. VIII. Specialiter docet, quod ad *Commercium cum proximo* transigendum, homo instructus sit HABITU JURIS NATURÆ; Qui cum per Peccatum laceratus sit ac destructus, quoad *Complementum doctrinale*, ex S. Codice hauriendus.

§. IX. Quoad *Rudera* tamen perficit hominem, ut SE CONSERVET, ac PROXIMO NON OBSIT; ubi tamen nulla requiritur *Bonorum Communio*; potius, cum

§. X. IMPERANTES respiciant ad id, ut SUUM QUISQUE TENEAT, id quidem ipsum, secundum *dictamen JURIS NATURÆ* aliter fieri non possit. Ut hac ratione

§. XI. Et *Dominum & Proprietatem* rerum obtinere debeat.

§. XII. *Fanaticorum* etiam *Communio bonorum* nullum invenire locum possit: Quam tamen defendere voluerit Celeberrimus DN. HEUMANNUS, Quapropter

§. XIII. *Argumentum* Ejus primum: QUIA *rerum ipsarum Natura* *Communioni non refragatur*; exhibetur &

§. XIV. ac §. XV. enervatur.

§. XVI. *Communicat secundum Argumentum*: QUIA *Natura Generis Humani Communioni bonorum non opponatur*: Cui adjicitur plenior explicatio &

§. XVII. *refutatio*. Succedit

§. XVIII. *Argumentum tertium*: QUIA *inter Essenos & alios commode obtinuerit*; Ad quod tamen plenius respondetur, ut simul

§. XIX. *Exceptio*: QUIA *inter aliquos obtinuit, & sic etiam universaliter obtinere possit, eliminetur*; Satisfit etiam

§. XX. *Isti exceptioni: quod non sit*